



1. Abichtij, s. Joh. Georgij, Diss. de Claudio Felice, ad Act. xxi. u. 29. 25. Wittenb. 1732.
2. ——— Diss. de Summa Ecclesie vere dignitate, Wittenb. 1739.
3. ——— Diss. sistens vindicias sapientie divine circa lapsum Adami, Wittenb. 1739.
4. ——— Diss. de Lege Sabathi, Wittenb. 1721.
5. ——— Diss. de fide Apostolorum tempore christi in his terris degentis, Wittenb. 1735.
6. ——— Diss. de animabus Humanis post mortem Corporis vivis, Wittenb. 1735.
7. ——— Diss. de Immanuele ex Virgine nascituro, Lipsie 1717.
8. ——— Epini s. Franc. Albf. Diss. apologica pro genuina Lutheri versione Germanica diti paulini Romae in 17. Postochi 1732.

7

FACULTATIS THEOLOGICAE,
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI,
DECANVS,
**CHRISTOPH.
HENRICVS
ZEIBICHIVS,**

S. S. THEOL. DOCTOR ET PROF. PVBL.
AD AEDEM OO. SS. PRAEPOSITVS, ET SENATVS
ECCLESIASTICI ASSESSOR,
LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

SIMVLQVE,

AD AVDIENDAM ORATIONEM AVSPICALEM
S. S. THEOLOGIAE CANDIDATI,
QVANTA POTEST, OBSERVANTIA ET HVMANITATE,
INVITAT.

ACADEMIA VITIMBERGENSI

DE CANONIS

CHRISTOPH.

HENRICVS

VERBICHIUS


DOCTOR ET PUBLI

LECTORI PNEVOLO

AD ACADEMIAM VITIMBERGENSI

CANDIDATI

THEOLOGICAE



SI, quae nondum quandoque natis, & materno adhuc utero conclusis, Theologis imprimis & eruditis postea insignioribus, acciderunt, paulo diligentius pensamus, admirabilem Dei circa puillos providentiam vix satis demirari licet. Ad exemplum *B. Hunnii*, quaedam vel ipsi Candidato nostro maxime Reverendo, hic evenisse, in vitae eius recensione, quae postea sequetur, observabimus; Et, in aliorum referendis exemplis, multa quoque fuit eruditorum industria. vid. *ZEVMERI Vit. Theol. len. p. 134.* *TENZELII Monatl. Vnterred. 1705. p. 890. seqq.* *VHSENI Leben der Kirchen - Lehrer p. 858. add. GARMANNI Mirac. Mort. L. I. p. 205. 246. 262. seq. 267. 313. 125.* *BRVNNERI Fatum, Part. I. c. 8. p. 336. Part. II. p. 277.* **OBSERVAT. MISCELL. Part. XI. p. 856.** **IO. TOB. GLEICHIVS**, *de singular. Theolog. Fat. Lips. 1704.* Sed enim, in exemplis curiosa nimium multorum mens acquiescere non vult, quin potius ad nova dilabitur quaesita, quale erat nuper, in itinere, a nonnemine, nobis obiectum: Numne, in utero, embryones, una, cum matribus, ad sacram *σύναξιν* accedentibus, simul dici possint, manducare corpus & sanguinem Christi?

fti ? Qua de quaestione hic hoc lubentius disquiro, quo ar-
 dentioribus votis, cum *Poireto*, nunc quoque (capita namque
 vulpecularum Simsonis hic in contraria tendunt, aliis ne qui-
 dem Baptismum infantium tolerantibus, sed adultiorem requi-
 rentibus aetatem,) nonnulli optant, ut diurnus ille quondam
 per Ecclesiam error, quo Eucharistia dabatur infantibus, repe-
 tatur, & pusionibus denuo sacrum Mysterium porrigatur. Aliis,
 ne quidem sub vehiculo lactis, data infantibus Eucharistia, di-
 splicet. vid. MINISTERII HAMBVRGENS. *erste Abfertigung*,
p. 21. BAMBAMII *Catech. Piet.* 1709. p. 130. & ipsius POIRETI
avis charitable aux Francois, p. 144. Nos tamen hic loquimur
 de pusillis, nondum in lucem editis, quandoquidem distingvi-
 tur 1) *Infans*, natus iam tum, intra septimum potissimum an-
 num constitutus; 2) *Partus*, in ipso pariendi actu, vel san-
 guinolentus adhuc, Graecis τὸ βρέφος ἀπὸ τρυφῆντων, 1. Petr.
 II. 2. 3. 3) *Venter*, antequam natus est, infans, cum mater
 adhuc dicitur ἡ, ἐν γαστρὶ ἔχουσα, Matth. I. 18. 23. XXIV. 19.
 ἡ ἐγκυος, Luc. II. 5. γυνὴ βαρεῖα, ἐγκυμονεῖσα, secundum ve-
 teres Glossatores. PETR. MULLERVS, *de Iure Praegnantium*,
 p. 6. 7. Quaestio quoque hic est de manducatione, non *spiri-*
tuali, utpote quam credentibus utique pusillis negare nefas;
 sed de *sacramentali*, ad quam, aliqua saltem ratione, pervenire,
 aliquibus creduntur. Abstineremus facile ab eiusmodi quaesti-
 tis, nisi nonnulli Theologi, cum ἀγγελίαν confedantur mini-
 me, eiusmodi locutionum vestigia reliquissent. B. POLY-
 CARPVS LYSERVS, in solatium Serenissimae Matris, filio-
 lum mortuum, Saxoniae Ducem, enixae, inter alia, in Concione
 Funebri, sic loquitur: *Wir thaeten die Vermahnung in unsern*
Kirchen, daß fromme schwangere Matronen sich mit Andacht
zum Tisch des Herrn finden, und Fleiß thun solten, daß nicht allein
ibr Herrz, sondern auch vvas sie unter demselben, als ein verborgen
Pfand trügen, mit dem rosinfarben Blute Christi besprenger werde.
 Et vicissim. *Die Fürstl. Frau Mutter sey in ihrer Schwvan-*
ger.

gerschafft mehr, denn einmahl, des Fleisches und Blutes Christi theilhaftig worden, dadurch auch das junge Herrlein unter ihrem Hertzten angesprenget, und gleichsam mit dem rechten Weybwasser geheiliget, gereiniget, und also zum Leben initiiret worden. Luctus primogeniti, A. 1606. p. 36. Quod Aethiopum quoque fidei, de qua ZAGO ZABO refert, conforme est; Infantes Christianarum mulierum consecratos esse, ex corporis & sanguinis Christi communicatione, quia, ex gravidarum communionem, infans capiens inde nutrimentum, fieret sacratus. Conf. MAYERI Museum, p. 994. Tract. noster, de Praedest. & Reprob. Infantum §. LVI. p. 170. seqq. Quam personatus MASSONIUS, postea, pro stabilienda infantum sanctitate ante Baptismum, his abutatur, vid. in Anatom. Triumphante, P. III. c. XI. p. 188. Pontificii saltem Baptismum nondum natis conferunt, de quo nuper ex instituto disputavimus, iisque specialem praesidem & curatorem, Ignatium Loiolam, praeficiunt, de quo cantant: Ignatius, Freund Gottes groß, dir danck das Kind in Mutter - Schooß &c. &c. item: Du laest dir angelegen seyn in Mutter - Leib die Kinderlein; item: Du hast geholfen manchem Weib, und manchem Kind in Mutterleib &c. Catholisches Gesang - Buch, zu Brück, p. 142. seq. Longius vero progrediuntur, qui Coenam in utero infantulis communem faciunt, quorsum, & illa spectant PHILIPP. EHRENREICH WIDERI, Ecclesiast. Ratisbon. Zu diesem Ende (ut infantes fiant membra & coheredes Christi) geben Christliche Mütter auch vorher zum Tisch des Herrn, und hat jene gottseelige schwangere Matron recht gesagt, sie gienge zum Tisch des Herrn, und bringe Christo ein junges Gaestlein mit, das sey ihre Leibes - Frucht, daß, wvrens ia die Tauffe nicht erreichen solte, doch unter ihrem Hertzten mit dem Blute Christi gewaschen, und von Sünden gereiniget würde. Im Evangel. Sterbens - Gedächtnissen, Francof. 1660. F. Trin. p. 236. seq. Plura plurium afferre loca, haud nobis difficile foret, si ad illos inprimis, qui precum nobis formulas dederunt, animum at-

tendere

tendere velis. Inficias ire nolim, singularia saepe prorsus privilegia nec iis neganda esse, qui nondum editi in lucem sunt, quod *Iacobi, Ieremiae, Cyri, Iohannis Baptistae*, aliorumque, doceri exemplis posset, quibus alia, in temporalibus quoque, alii superaddunt, v. g. filium, priusquam pater Senatu movetur, conceptum, filium tamen Senatorium, natum deinceps, dici; conceptum, antequam pater collegio opificum excluditur, filium tamen dici opificis posse; ancillam praegnantem, manumissam, sed deinceps iterum ancillam factam, partum liberum eniti, & quae sunt alia, PAGENSTECHERO, *de Iure Ventris, P. I. Sect. VI. p. 37.* & P. MVLLERO, *de Iure Praegnantium, p. 37.* passim observata (quae de expectando prius partu mortu destinarum praegnantium, aliis adduntur, non tam privilegii, quam urgentis maxime Iuris sunt, vid. IO. NICOLAI, *de Synedr. & Legg. Aegypt. Lex IX. p. 132. seqq. conf. Consultriff. LEYSERVS noster, Meditat. ad Pandect. Vol. I. Spec. XIV. p. 141.*) Ast enim, haec nihil efficiunt, ut ἀκριβέως theologicae studiofi, embryonibus in utero materno, vel aliqualem manducationem sacramentalem, manducante matre, largiri queamus. Facillime totum hic conficeremus negotium, si cum *Scoicis & Academicis* nonnullis, statueremus, animam non in utero, sed, post partum demum, pusionibus communicari, quod ex *Tertulliano & Lipsio* pluribus deducit DN. ALBERTI, *de Termino animationis foet. hum. p. 54.* Vel, si cum *Leibnitio* diceremus, animas existere quidem a rerum statim principio, ante natum vero hominem, non esse rationales. *Epist. ad diversos, a Kortbolto edit. p. 306.* Sed citra, quod Φλογισμός eiusmodi sectari velim, rationibus aliis, non contemnendis, nostra, quam supra dedimus, assertio stabiliri potest. *Primo*, ubi nulla est δοκιμασία, & mortis dominicae annunciatio, ibi quoque nulla esse potest sacramentalis manducatio. 1. Cor. XI. 26. 27. 28. Prius illud praestare infantium nullus in utero potest, ut hinc, cum pueris aliis minoribus, a participatione Coenae, iuxta Canonistarum versiculos, merito excludatur: Ebrius,

Ebrius, infames, erroneus atque furentes,
 Cum pueris, Domini non debent sumere corpus.
 Sane infantes, ne nati quidem, assequuntur nondum, quae de eius-
 modi mysteriis traduntur. *Theophylactica* saltim, quam vocant,
 congregatio (zu Hernhuth) cum infantibus, quasi cum rerum in-
 telligentibus, agit: *Die kleinen Schos-Kinder.* (alibi: *Ebe das
 Kind entwehnet vvirrd*) *vwerden auch besucht und Sonntaeglich
 kommen ibre Mütter mit ibnen zu einem Helfer, oder dem Waisen-
 Vater, der sich mit ibnen herzlich, im Singen, Beten, und ibrem
 Captui accomodirrem Gespraech, erwecket, vvelebes sie gantz in die
 Bekandschaft mit Jesu bringt, und bis anber einen besondert
 Eindruck gebabt.* *Verfassung der Hernhutischen Maebrischen
 Brüder-Gemeine, von 1733. in THEOLOGG. TVBINGENS.
 Bedencken, von der Maebrischen Brüder-Gemeine in Hernhut.
 1735. p. 119. 121.* Nondum nati, secundo, nec edunt proprie, nec
 bibunt solidiorem eiusmodi cibum, quem Christus in Coena
 instituit, sumto pane vinoque, dicens: *edite, bibite.* Imo, si
 ad infantulos in institutione Christus respicere voluisset, lac
 minimum adhibiturus fuisset; ast, minime hoc fecit, solidio-
 rem potius cibum, adultiorumque potum admittens, 1. Petr.
 II. 2. Ebr. V. 12. Quam impotentiam edendi BELLARMI-
 NVS quoque alicubi attendit: *Sicut sine cibo potest aliquam-
 diu vivi, nimirum, donec naturalis calor non coeperit humorem vi-
 talem consumere: Sic quoque, sine Eucharistia, potest conservari vita
 spiritualis;* licet additam, de negata infantibus concupiscentia,
 rationem, merito reiiciamus, *Lib. I. de Baptism. cap. IX. conf.
 GERHARDVS, Loco de Coena, Th. 229. p. 491.* Tertio, non
 baptizantur, qui delitescunt adhuc in utero; quanto minus de
 Cena participabant, quam nemo, nisi baptizatus, sumere potest;
 & quam hinc mira initiationis & confirmationis confusio esset
 oritura! Quarto, gavisa Ecclesia est, quod diuturnum illum, ultra
 DC. annos per Ecclesiam protractum, de natorum infantium
 Eucharistia, errorem, aliquando debellaverit: Sic vero, de
 non-

nondum natorum coena, renovatae exorirentur turbae. Non ha-
 beretur, *Quinto*, de occulta hac, tacitaque communione, vel manda-
 tum, vel promissum, vel exemplum, hinc merito ab illius asserti-
 one nobis temperamus. *Sexto*, subest error de absoluta sacrae coe-
 nae ad salutem necessitate, ex praepostera dicti Servatoris ap-
 plicatione, Ioh. VI. 53. *nisi manducaveritis carnem filii hominis,*
non habebitis vitam in vobis; in quo errore, cum de Sacramen-
 tali locus allegatus fumeretur sumptione, ultra annos DC. adeo
 haesit Ecclesia, ut coenam infantium admitteret, & MALDO-
 NATVS, in *C. VI. Iob.* satis ipse mirari nequeat, AVGV-
 STINVM etiam & Innocentium I. hanc defendisse sententiam,
 quam, uti merito reiicimus, ita nec fluenti hinc novae thesi,
 unquam subscribemus. conf. HVLSEMANNVS, in *Manual.*
Aug. Confess. Diss. XX. p. 1385. seqq. * Communio, *Septimo*, est
 actio personae individualis; embryo vero, antequam editur,
 juxta *Vlpianum*, mulieris adhuc, vel viscerum, portio est, vid.
 PAGENSTECHEVS, de *Iur. Ventris, P. I. Sect. III. p. 18.*
Octavo, futilia hinc irreligiosorum permulta secutura essent
 conclusa, v. g. nulla opus esse ad sacram *συνάξει* praeparatione;
 Sacramentum non consistere amplius in actione; ad monstra
 & non-homines pertinere quoque divinum epulum, quan-
 doquidem exempla sint, ubi, quae communicaverint, matres,
 horrendos postea excluderint partus; Capernaitas forsan non
 graviter errasse, quum Coena ita quoque ad nutritionem &
 confortationem quasi foetus naturalem faciat; ut recte senserit
 IENKINVS THOMASIVS, infantibus opus esse corpore
 & Sangvine Christi ad nutritionem, sicut opus sit Baptismo
 ad abluionem, in *Dissertat. Diss. IX. ex Hieromonacho Maxi-*
mo, περὶ τῆς εὐχαριστίας; conf. *Acta Erud. Lips. 1713. p. 189.* Discrimen
 dignorum & indignorum non esse tanti, quanti commu-
 niter fiat, quandoquidem in hac nostra *συνάξει* occulta, de di-
 gnis vel indignis communicantibus, frustra quaereres, & quae
 sunt perplura alia. Ne denique, *Nono*, de eo fusius dicam, pro
 sancti-

sanctitate, quam C. Reformati infantibus, fidelium utero adhuc comprehensis, ad Baptismi necessitatein & efficaciam elidendam, tribuunt, haud leve hinc arcessi argumentum posse, siquidem nondum nati ad Coenae delicias & sacramentalem, prorsus fruitionem admitterentur. Valebit tum forte, quod BVCANVS scribit, infantes fidelium parentum iam esse Baptismo flaminis baptizatos, cum *sint in Foedere*. Instit. *Loc. XLVII*, p. 623. & CALVINVS: *Non ideo baptizari fidelium liberos, ut filii tunc primum fiant, qui antea alieni fuerint ab Ecclesia*. Lib. IV. Instit. *cap. XV. sect. XX.* itemque BEZA: *Sanctos ex gratia gignere*, P. II. *Respons. ad Colloq. Mompelg. p. 102. seqq.* quibus adeo assertis, nasci, ex semine olivae, oleastrum, ex baptizato, filium irae, ex circumciso, praeputatum, negant. Obiiciunt: Tempore interdicti, praegnantibus, propinquis partui, secundum Doctores Pontificios, coenam dari; dari igitur sic embryoni, non matri, quae sub interdicto sit. Resp. Ex Pontificiorum institutis non facile iudicabimur, & matri, quae hic, ob periculum mortis, ab excommunicatione absolvitur, coena utique datur, vid. P. MVLLERVS, *de Iure praegnantium. p. 41.* Plures ad locum Ioh. VI. 53. confugiunt; quam infeliciter vero, modo vidimus. Hinc & Bellarminus hic mire confunditur. Tridentinum Concilium, *Costerus*, & cum illis, Bellarminus, *L. I. de Eucharistia, Cap. VI.* locum Iohanneum, de Sacramentali manducatione fumunt; supra vero, quem dixi, BELLARMINVS, *de Baptismo*, contrarium dixit, & *Lib. I. de Eucharistia, c. XXIII.* addit, *non sine irreverentia parvulis Eucharistiam dari posse, nec eis dari, neque a Catholicis, neque ab Haereticis*, conf. GERHARDVS l. c. p. 490. Secum E. prius redeat in gratiam, sibi que concilietur ipsi BELLARMINVS, & tum demum ei poterit responderi. Obvertunt alii: Minorem sic Deum curam habiturum esse infantium in spiritualibus, quam Medicus in naturalibus, qui

B

variis

variis hic occurret mediis, vid. ETTMULLERI *Valerudinarium Infantile*, A. 1685. cap. I. seqq. Resp. 1) de remedio, embryonibus in utero applicando, nihil ibidem legi. 2) gratia sua foederali Deus feminis nostri, nec hic nondum natos deserit tenellos, 3) Dispar admodum naturalium mediorum, & Coenae, medii spiritualis, conditio est. In hoc adhibendo, *xp̄t̄ic* requiritur, medii plena cognitio, ac medici celebratio, quae ibi omnia aequae non requiruntur. Tandem nonnulli dicunt, fuisse tamen Theologos & Ecclesiae Ministros, qui, participare de communione matrum nondum natos in utero, dixissent; Resp. *ὀκρίθειαν*, in suggesto potissimum, (licet, citra discrimen, *ἀνείθειαν*, in cathedra utraque, dominari deberet,) in argumento potissimum consolatorio, sectati non sunt, exaggerare vero & praedicare felicitatem infantium in Ecclesia voluerunt, quibus proximus patet ad beneficia Ecclesiastica aditus, ut mater mysteria sumat, quique cum matre insuper unam quasi adhuc constituunt personam.

Satis de argumento proposito; nobis nunc enarranda vita est optimi *Candidati* nostri, de quo praegnans beata mater, per somnium, quaedam vidisse dicitur, ex quo, deinceps filium Ecclesiae Doctorem, non ultimi nominis, fore, felix augurium sumit. Est hic, de quo loquimur, M. SIGISFREDVS BECKIVS, Reichenbachii, in Variscia, die XVI. Februarii, MDCC LXXX. Patre GODOFREDO BECKIO, mercatore non incelebri, & Matre, CHRISTIANA, gente WOLFIA, natus. Mater B. *Aegidii Hunnii*, immortalis famae Theologi, dum uterum ferebat, per quietem videbatur sibi, sedere in templo, manuque dextra quidpiam, culmo non dissimile, tollere humi, ex quo, multum hinc anxiae, insignior in templo moles, imo; ipsius templi validior columna, succrevit: Propemodum idem matri BECKIANAE acci-

accidisse, dicitur, quae, praegnans, columnam aedificare in
 templo, sibi per somnium visa est, ex quo filium, Theolo-
 giae studio aliquando consecrandum, praesagiebat. Nec fe-
 fellit postea omen. Septenni nostro eripiebatur pater, ipse
 vero, sub Ioanne Schoenfelsero, Pastore postea Netschka-
 viensi, Christiano Meyero, Diacono posthac Elsterbergensi,
 ac Davide Buchesio, qua literarum initia, ita proficiebat, ut
 Altenburgi, sub *Samuele Grossero*, viro, ad feliciter forman-
 dam Iuventutem, a natura facto, *D. Venzelio*, *B. Friso*, &
Sternio, ulteriora facile stipendia mereret, solidisque iactis
 fundamentis, anno *MDCCXCIX*. Lipsiam, Misniae illud
 ocellum, peteret, ubi, posteaquam prius, Reichenbachii, per
 hiemem commoratus, ductore *M. Daniele Veimaro*, Ebraica
 & Chaldaica imbibisset, anno insequenti, sub Consulatu Acade-
 mico Dni *L. Menckenii*, studiosorum Albo insertus, atque in
 scholis *Olearii*, *Rechenbergii*, *Schmidii*, *Gunzheri*, *Starekii*,
VVeisii & *VVagneri*, octo per annos, solidissimis doctrinis
 innutritus est. Anno *MDCCC* Magistri titulo ornatus, re-
 petitis doctrinae, industriaeque speciminibus, inclaruit, varie,
 sub *Oleario*, Seniore, ac *Rechenbergio*, disputando, & concio-
 nando; in quo cursu strenue perrexit, sive, sub *D. Ioanne*
Schmidio, qui Collegium *Scherzeri* Anti-Calvinianum edebat,
 respondendo & opponendo, sive sub Decanatu *B. Irrigii*
A. MDCCII. de spuria & genuina poenitentiae methodo,
 perorando, ingenii vires experiretur. Non subsistebat hic
 laudabilis Nostri industria, sed, socio *M. Rudolphy*, quem stu-
 diose audiverat ante, Rostochium excurrit, *Fechrii* inprimis,
*Grapii*que deliciis, tum publice tum privatim, sese exfati-
 ans, donec *MDCCCIX*. Dresdam repeteret, ubi post Can-
 didatorum examen, quod antea iam tum subierat, anno
MDCCCIX. substitutus Geringswaldensium Pastor, &, post
 obitum Senioris, *A. MDCCXI*. successor illius clementissi-
 me

me constitueretur. Quatuordecim tibi effluxerant anni; & ecce, de meliori gradu prospiciebat Deus, ut A. MD. C. CXXXII. Ephorus Leisnicensium nominaretur, quam spartam hactenus, per tredecim fere annos, ornavit. Tandem, hoc anno, inclytae Cygnae urbis Pastor vocatus, simulque, a POTENTISSIMO NOSTRO, eidem Ephoria clementissime mandata est. Nova hac dignitate nobilitatus, iure quodam suo, qui admitteretur ad ulteriores honorum titulos, quos suis sibi meritis peperit, ab Ordine nostro modeste petiit. Quare, crastina luce, hora, ante meridiem, nona, more institutoque maiorum, oratione publica, sibi viam ad reliqua ἀσκήματα pandet. Quam panegyrim, ut Magnificus Academiae PRORECTOR, Perillustres COMITES atque BARONES, PATRES CONSCRIPTI, & ACADEMIAE CIVES, sua praesentia illustrare ac condecorare velint, maximopere rogamus iuxta, & contendimus. P. P. Dom. VII. post

Trinit. Anno MD. C. CCCC. XXXV.

VITEMBERGAE


LITERIS VIDVAE GERDESIAE.


Handwritten signature or initials, possibly "W. G." or similar, written in dark ink.

99 A 6960

2170







7

FACULTATIS THEOLOGICAE,
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI,
DECANVS,
**CHRISTOPH.
HENRICVS
ZEIBICHIVS,**

S. S. THEOL. DOCTOR ET PROF. PVBL.
AD AEDEM OO. SS. PRAEPOSITVS, ET SENATVS
ECCLESIASTICI ASSESSOR,
LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

SIMVLQVE,

AD AVDIENDAM ORATIONEM AVSPICALEM
S. S. THEOLOGIAE CANDIDATI,
QVANTA POTEST, OBSERVANTIA ET HVMANITATE,
INVITAT.